2.

DISPUTATIO JURIDICA

De

FINE JURIS-PRUDENTIÆ PRIVATÆ.

Quam

Domino Dominantium favente.

Magnifico JCtorum Ordine consentiente

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi


Dn. VALENTINI RIEMERI J. U. D. PROFESSORIS PUBLICI SCABINATUS ADSESSORIS DIGNISSIMI,

Patroni ac Præceptoris sui in omne ævum honorandi

Examini Legali Submittit

M. CHRISTOPHORUS Scholtz/ Uratislaviensis Siles.

IN AUDITORIO JCTORUM.



Ad diem 4. Augusti

JENÆ

TYPIS VIDUÆ WEIDNERIANÆ, Anno 1617.





ARTICULUS I.

De

FINE OBTINENDO.

THESIS I.



Disciplinas nihil aliud esse, quam distinctas objecti explicationes, ex 3. *Anim. c.6. t.38.* colligit *Arnis. 9. c. Const. Met.* Cognitionem itaque omnem instituendam esse, ut rei objectæ natura patitur, nullus dubito, Intellectus enim humanus cognoscit res ut sunt, ab illis etenim mensuratur.

2. Res autem cognoscendæ in duplici sunt Differentia, *Necessariæ* vid. & *Contingentes*, *6. Eth. Nic. 2.* Sic dictæ à causis suis producentibus; Duplicem hinc cognoscendi modum colligo: Unum, qui necessarias, *Syntheticum*; qui contingentes alterum, *Analyticum* dico *ordinem*.

3. Omnis itaque disciplina contingens agnoscens objectum; Agnoscit autem Prudentia & Ars d. l. resolutorio progreditur ordine, incipiendo à *Fine*, qui in consecutione ultimum, progreditur *ad media*, quæ in operatione primum, Hocq; propter Universalitatem, qua omnis nostra cognitio nititur, Finis, ad quem media dirigenda, quique hac de causa præcognoscendus.

4. Jurisprudentia nostra cum & ipsa Speciem Prudentiæ Politicæ constituat, (est tamen & genus, propter differentias contrahentes) contingens agnoscet objectum, de quo *Thom accurate lib. de Princ. Jur. 4. toto.* Finem priori pertractabit loco.

5. Finem hunc considero *Generaliter* & *Specialiter*: *Generaliter* dico 1. eum consistere in πράξει operatione voluntatis, a rectâ ratione imperata, nec aliud quid esse ab actione, sed hujus perfectionem *6. Eth. N. 5.* & propterea in Objectum per media introducendum.

6. Dico *secundo*. Finem Prudentiæ juris, propter duplicem intentionem tendentis oriri duplicem: *Primum s. proximum*, intentione prima intentum, & in *Jurisprudentia* obtinendum; *Secundum s. remotum*, in Prudentia universaliori, ad quam nostra dirigitur, vid. *Politica*, ortum.

7. Dico *tertio*, Finem maxime distinctum esse ab officio JCti. Hoc siquidem notat modum tendentiæ in finem præfixum; Ille ipsum Scopum ad quem tendit; *Officium* si legum enodationem dixero, à vero non aberravero.

8. *Specialis* consideratio Finis ponit, quod quærimus; perfectionem puta objecti nostri, ad quam omnes actiones consiliaque JCti dirigendæ, in quâ acquiescit tandem; Hic primum falsas opiniones removeo; his remotis veram statuo & confirmo.

9. Removenda venit 1. *Justitia, qualis qualis sub intelligenda veniat*. quia 1. est Habitus, quem removet *Aristoteles 1. Eth. N. 3.* 2. Est fine nostro prior. 3. est norma legis latoris finem nostrum constituentis.

10. Nec secundo *Justitiæ adeptio* finis erit, quia 1 Est externus. 2. Habitus acquisitione non agitur. 3. contrariatur *l. 11 ff. JJ.* ubi & iniquum Jus dicitur & *l. 12. § 1. Qui & à quibus manum.* Et 4. si finis rationem vel maxime obtineret, Metonymicus esset.

11. *Justitia autem JCto est, quod Ethico recta ratio*; Præcipit enim suum cuique tribuendum; Quæ Jurisprudentiæ in genere consideratæ modum illum tribuendi præscribit, *Universalis* dicitur: Privatæ verò *Particularis* monstrat.

12. Relinquitur itaque *Finem Jurisprudentiæ esse idipsum, quod Justitia cuivis designat, & nihil aliud est, quam potestas in personis & rebus constituta l. 215. V. S.* quod ratione Subjecti ut & Finis in *Publicum* & *Privatum dividitur*.

13. Jus

13. Jus autem præter notatam poteſtatem adhuc multa ſignificat: *Legem* conſtituentem Jus, *l. 2. §. 12. O. J. l. 9. ff LL. 2. omne jus* etiam naturale, *l 11. ff. JJ. 3. locum* judicii. *ibid. 4. neceßitudinem l. fin. JJ. 5. Jurisprudentiam* denique ipſam §. *fin. b. l. 1. l. 10. §. 1. ff. JJ.* ſed hæ ſignificationes omnes impropriæ ſunt.

14. Jus in propria Significatione acceptum, & ut Finis eſt Jurispr. Privatæ cognoſco 1. *ut obtinendum.* 2. *ut conſtituendum,* qui ordo noſtræ cognitionis *Obtinendum*, in quo ratio Eſſentialis hujus finis conſiſtit, & quo ad Definitionem & Diviſionem.

15. In definitione ponenda obſervo monitum Philoſophi *6. Top. 2.* notatum, & ambiguitatem tollo omnem; Derivatio torquet multos; *Gramaticam* ſi ſpecto, ſimplex e. vox. *Logica* vero à Juſticia denominat, ſed longe aliam ob cauſam, quam *l. 1. in prin.* JJ. ponit.

16. *Jus eſt Dominatio conſtituta, civium privatorum actiones perficiens, quo in Republica vivant.* Hanc reſolvo in Prædicata ſua *Genus* nimirum & *Differentiam.*

17. *Genus* dico *Dominationem* ob ſequentes rationes 1. proxime in quid prædicatur de Jure, cum quo in eadem categoria ponitur. 2. objectum Jurisprudentiæ perficit. 3. Hanc unice intendit, quod apparet ex modis acquirendi & actionibus judicialibus.

18. *Genus hoc limito per l. 9. JJ.* eſt enim Dominatio *conſtituta*, quæ à cauſa conſtituente triplici, triplex eſt: *Naturalis*, quam lex Naturæ Humanæ, de qua natura *1. Polit. 2.* Philoſophus, ratione coſervationis conſtituit, & hac de cauſa animalibus recte attribuit *prin. J. N. G. C. l. 1. §. 3. ff. JJ.*

19. Conſtitutio ſecunda *Gentilis* dicatur, à gentibus, in Societatibus Civilibus ſ. Republica viventibus conſtituta; unde & *Jus gentium* dicitur §. 2. *J. & l. 1. § fin. ff. JJ.* Nominatur & *naturale* §. *11. J. N. G. Civ. § 11 & 43. R. D. l. 9. JJ.* & acutè ut omnia ſua *5. Ethic. 30. Arles* has conſtitutas dominationes ſecernit.

20. *Tertia* eſt a populo in Republica certis legibus ordinato ſancita, & dicitur *Jus Civile l. 9. JJ.* quod enim quævis civitas conſtituit, id ei proprium eſt, & civile dicitur. Et eſt vel mere *Civilis*, vel *Prætoria*, *l 7. JJ. l 14. Teſtib.* Et eſt vel *Publica* vel *Privata* § *fin. J. l. 1. §. 2. fin. J. Arles d. 6. 10.*

21. *Differentia* constat 1. *Subjecto*, quod sunt cives Romani privati, quibus in privatis rebus Dominatio est constituta. § *fin. J. l. 1. §. 2. JJ.* horum enim causa omne jus constitutum est. §. *fin. J. N. G. C. l. 2. ff. stat. Hom.* 2. *Objecto*, actiones humanæ civiles. 3. *Fine* & quidem *externo*, Respublica, ad quam omne jus tendit.

22. *Divisionem* commodissime ex Objecto desumo, Finium siquidem differentiæ ex objectis diversis ortæ sunt: & Divido in *Personalem*, quæ est in Personas, & *Realem*, quæ in res constituta est.

23. *Dominatio Personalis* s. jus Personale dicitur *Potestas*, *t. t. ff. His qui sunt sui* Quæ vox multæ significationis: *generalissime* notat omnem Dominationem *l. 215. V. S.* 2. *specialissime* jus in Personas nostras, *l. 17. ff. His qui not. Nov. 118, c. 1.* 3. *Proprie* Potestatem in personas tam sui quam alieni juris *prin. J. His qui sunt.*

24. Potestas hæc vel est in *Personas nostras* vel *alienas prin. J. His qui sunt.* In nostras vel *liberas* vel *servas* §. 1. *J. l. 1. § 1. ff. eod. tit.* Nostræ aut sunt *Ingenuæ* aut *Libertinæ* §. *fin. J. Jur. Pers. l. 5. prin. ff. stat. Hom.* Ingenuæ aut sunt *uxores* aut *Liberi*, Hi sunt in *patria*, Illæ in *Maritali* potestate.

25. Potestas *Maritalis* est Dominatio Personalis. Marito in uxorem concessa justam; Quod imperium introduxit ipsa natura, *Arles 1, Oecon. 3.* & mulierem tanquam infirmiorem subjecit marito, Leges civiles approbarunt, & præsertim Romanæ veteres: Vir injuriam uxoris in potestate sua existentis *l. 1, §. 4. ff. Injur.* sustinet.

26. Civitate Roma qui donati sunt, hanc exercent Majestatem, utpote qui soli justas nuptias contrahunt *prin. J. Nupt.* Excludendi itaque *Peregrini*, quia nullam habent juris Romani communionem. Item *Servi* inter quos tantum connubium. Item *Cives Romani* inutiliter contrahentes.

27. Potestas hæc exercetur primario in *uxores justas arg. l. 13. ff. Adult.* quæ & propterea *Matresfamilias l. 10. Eod.* dicuntur. *Injustæ* de quibus *l. 15. ff. spons. l. 27. Rit. Nupt. l. 34. Adult. l. 3. Nupt. l. 3. 4. Incest. l. 1. 4. & 7. Interd. Matrim.* removendæ sunt.

28. Secundario *res uxoris* potestati huic Maritali subjiciuntur. Maritus enim matrimonio inito lucratur usumfructum

Dotis

Dotis constitutæ, *l. 7. ff. J. Dot. l. 21. §. 1. Donat. int. vir. l. 20. C. J. dot.* nisi hunc specialiter uxori concesserit. *d. l. 20* & quo ad proprietatem, si mulier adulterii convicta fuerit *Nov. 117. c. 8.*

29 *Modus* Dominandi conspicitur & quo ad *officia* præstanda ab uxore, & in *coercitio*. Officia enim uxorem Domino suo debere præter naturalem rationem, jubet. *l. 48. ff. Oper. Libert.* & reverentialia *l. unic. C. Reg. uxor. act.* & obsequialia.

30. Coercebant veteres Romani ex ll. Romuli summa autoritate & potestate Tyrannica uxores; necabant delinquentes, de qua ferebant sententiam propinqui uxoris ad nutum mariti; hic tamen rigor sublatus, relicta castigatione amica.

31. Extendunt tamen jure ad *verbera* usque, quibus coercenda est insania uxoris mariti iram provocantis stolida pervicacia, dolor n. justus difficulter opprimitur. *l. 38. §. 8. ff. L. Jul. Adult. & l. 4. C. Eod.* Justum esse dictitat ratio recta, quæ subjectum dictis Dominantis audientem præcipit.

32. *Potestas* quam Pater in filios exercet, dicitur *Patria*, de qua *t. 9. l. 1. J. 47. l. 8. C.* & est Dominatio patribusfamilias in liberos earumque res concessa. Dicitur & *nexus Paternus l. 6. §. 3. C. Bonis quæ lib. Sacra patris, l. 7. §. 2. C. SCtum. Tertyll. l. fin. C. Curat. furios. Sacra l. 20. C. Nupt. l. fin. §. 6. C. Bon. quæ lib. l. 1. §. 2. Annal. exc.*

33. Est autem potestas hæc *civium* Romanorum propria *pr. J. Pat. Pot. l. 3. ff. His qui sunt sui.* Et *Liberti* exemplo ingenuorum in potestate suos habent, *l. 7. C. suis & Legit. lib. 2. C. serv. Reipubl. l. 8. C. PP. Latinis* id non deberi, nisi ob sublatam Latinitatem asserere veritati non contrariatur.

34. Hinc *patres* in potestate constituti, liberos in potestate non habent *l. 7. C. PP.* sed sunt in *Avi*, quod de Paterno non materno est intelligendum. *§ fin. J. PP.* recidunt autem in patris avo mortuo, *l. 5. ff. His qui sunt sui. Mater* plane liberos in potestate non habet. *§. 10. J. Adopt. §. 3. Hæred. qual. l. 5. C. Adopt.*

35. *Liberi* in hanc potestatem veniunt & quidem nostri *prin. J. PP. Non* in generali significatu, de quo *l. 56. §. 1. V. S.* nec etiam *Naturales s.* vulgo quæsiti, quia matrem sequuntur. *l. 24. stat. hom.* Sed ex justis nuptiis procreati, *§. fin. J. PP. 6. His qui sunt.* item *Nepotes d. §. 5. & l. 5. ff. Eod.*

36. Ma-

36. *Major* erat hæc poteſtas de Jure veteri, quod extendebat ad jus vitæ ac necis *l.11. ff.Lib.& poſth. hæred.l. fin.* C.PP. ad venundationem tertio iterandam, *l.2.C. Patr. qui fil.* Abdicationem ſ. relegationem è familia *l.6.C.P.P.*.

37. Ad Humanitatem revocans jus novum, in pietate conſiſtere vult, tenentur enim patres liberos ſuos educare & alere, *l.1.§.13,& 14.ff.Agnoſ.& alend.* refractarios cogere *l.3. C.P.P.* Ingratum exhæredare.

38. Tenentur inſuper liberi parentem ceu perſonam ſanctam venerari *l.9.ff.Obſeq parent.* Parentes in jus vocare ll. prohibent *l.4.§.1.ff. In jus voc. C.eod.* præter reverentiam etiam ſubſidia vitæ debemus *l. 1. & 2. ff. Agnoſc. & alend. liber.* ut & matri egenti *Nov. 117. c. 7.*

39. Liberis autem proſpicit pietas patris moribundi Tutoris datione *l. 1. ff. Teſt. Tut.* Curatoris verò ventri ſ. poſthumo *l.1.princ. ff. Liber.& poſth.l.5.Teſt.Tut.§.fin.J.Tut.*

40. Poteſtas hæc eminet & in *perſonis*, & in *rebus* earundem. *Perſonis* præbet conſenſum in donationibus de bonis & Adventitiis & profectitiis, *l.7.§.2. ff. Donat l.14 C.eod.* In conventionibus, puta Nuptiis *prin.J.Nupt.l.7. ff Sponſal.* Mutui datione *l.1.SCtum.Mac.* In perſecutionibus, paucis exceptis *l.9.ff Ob. A.*

41. Et res liberorum ſibi poteſtas patria vendicat, idque vel ratione *acquiſitionis*: Olim quidem bona & profectitia & Adventitia pleno jure ad Patrem ſpectabant *§.1. J. per quas Perſ.l.79. ff. Acquir. omit. Hæred.* De jure novo profectitia, adventitia vero quo ad uſumfruct. *d. §. 1. l. C. Bonis quæ lib.* etiam ſi ad ſecunda vota tranſierit. *l.4. C.Bon.Matern.*

42. Ratione *Adminiſtrationis*, ad quam quidem invitus non cogendus Pater, puta peculii ad ſe non pertinentis; In iis vero bonis, quorum uſusfructus ad Patrem ſpectat, & invito filio erit Curator. *d.l.6.*

43. *Poteſtas* in Perſonam Libertinam Conſtituta dicitur *Jus Patronatus*, de quo *tit. 14 l.37.ff. tit. 4. l.6. C. Libertus* a. dicitur, qui ex juſta ſervitute manumiſſus eſt *pr. J. Libert. l. 6. ff. ſtat. hom.* ſub qua appellatione etiam Liberta continetur. *l.172. V. S.* Eſt tamen aliud & diſtinctum jus à patronatus jure in *ll. 12.Tabb.*

44. Com-

44. Competit quidem jus hoc primario *civibus Romanis*, quia hi vere servos suos in potestate habent. Et vel pluribus *l. 8. ff. Oper. Libert. vel* Hæredibus Patroni *l. 4. J. Patr.* per assignationem uni *t. t. Adsign. Libert.* Patroni uxori §. *3. J. Succ. Libert.* sed non vice versa, *l. 10. C. Oper. Libert.* Et Universitatibus *l. uni. ff. Libert. Mun.*

45. Dominationi huic Subjiciuntur & *Personæ* & *res* earum. *Personæ* quidem liberti libertæve manumissæ & harum Liberi, *L. 2. & ult. C. Libert. & cor.* si nostræ fuerint, & Libertus filii jussu patris manumissus *l. 13. ff. J. Patr.* Militis libertus excipitur, *l. 8. pr. Eod.*

46. *Res* libertorum ad Patronum spectant, ratione successionis, si libertus absque suis hæredibus decesserit, omnia Patrono cedunt, si hæredes suos reliquerit, hæreditasque centum aureos excesserit, tertia pars cedit Patrono Patronæve, reliquis suis relictis §. *3. J. succ. Libert.*

47. *Modus* hujus Dominationis est in obsequiis & in coercendis ingratis. *Obsequia* consistunt in *pietate* & *Operis.* Patroni sunt venerandi, *l. 9. ff. Obsequiis*, quia Persona ipsorum est sancta, in jus non sunt absque venia vocandi, *l. 10. ff. l. 2. C. In jus voc.* multo minus famosa actione adversus ipsos instituenda, *l. 2. 5. & 7. ff. Obseq. Par. l. 1. C. eod.*

48. *Operæ* libertorum de quibus *tit. 1. lib. 38. ff. t. 3. l. 6. C.* sunt diurnum officium, *l. 1. ff. Oper. Libert.* & debentur Patronis liberisque ipsorum *l. 4. ff. Eod.* Et sunt vel *Officiales* vel *Artificiales. l. 26. §. 12. ff. Cond. indeb. l. 6. punct. 9. ff. Oper. Libert.*

49. *Obsequiales* debentur tantum Patrono nec ad hæredes transeunt. *d. l. 6.* & consistunt in officiis Personæ exhibendis ut comitari. *l. 20. §. 1. l. 21. d. t.* & non sint turpia, *l. 38. prin. h. t.* Liberta itaque in concubinatu Patroni quæ est, operas non debet, *l. 46. h. t.* multo minus si uxorem duxerit, *l. 8. C. Oper. Libert.* vel ut alii nubat concesserit. *l. 11. §. 1. C. eod.*

50. *Fabriles* s. Artificiales operæ, quæ ab Artificio Liberti sunt, in quasi pecuniæ prestatione cōsistunt *d. l. 6.* hæc jujejurando pollicetur post manumissionem, *l. 7. §. 1. ff. Oper. Libert.* s. medicinam exerceat. *l. 27. ff. Eod.* s. fabriles s. pictoriæ fuerint *l. 23. eod.*

51. *Coercet* ingratum; *Ingratus* autem est qui Patrono obsequium non præstat, vel administrationem rerum Patroni vel pupillorum detrectat. *l.19.ff.Jur.Patr.* revocando & Libertum & liberos in servitutem, *l.4.ff.Obseq.Parent.l.ult. C.Libert. & cor.* Et quod in fraudem Patroni alienavit, revocabit *l.1. C. Si in fraud.*

52. *Potestas* quam cives Romani in servos suos habent dicitur Dominatio *Dominica*, & excetur contra naturam voluntatis humanæ Subjectæ, quæ nihil minus quam imperata facere vult, sed libertate sua uti, *§.1.J.Jur.Pers.46.ff.stat.hom.*

53. Potestatem hanc exercent omnes *cives Romani*, quibus vel lex vel actus hominis tribuit. Lex quidem victori *d. l. 4.* Actus hominis, conventio, Emens enim re sua utitur; modo personam ingenuam ignoraverit, *l.7.ff.Liber.Caus.*

54. Subjiciuntur & *Masculi* & *Fœminæ*, *§.1.J.l.1.§.1.ff. His qui sunt.l.101.V.S.* & eorum *liberi* *§.4.J.Jur.pers.l.5.§.1.ff.stat.Hom.* quos mater serva peperit, item *Ingenui*, si in bello caperentur, vel ad pretium participandum sese venundari passi essent, *§.4.J.Jur.pers.l.5.ff.stat.Hom.*

55. *Res* quoque Servorum, quocunque modo acquirantur, Dominorum sunt, *§.1.J.l.1.§.1.ff. His qui sunt.* Servi enim bona non habent *l.13.ff. Quib.ex caus.Maj.l.182.V.S.*

56. *Modus* Dominandi olim in absoluta potestate consistebat, ita quod & vitæ potestas esset in manu Dominorum, *d.§.1. & l.1.* Quæ inhumanitas correcta est, *d.l.1.& 2.* per D. Pium expedit n. Reipublicæ ne quis re sua male utatur, *§.2.J.Eod.* & inhumanus potestatem amittit, *d.l 2.l.1.ff.Offic.Praef.Urb.*

57. Præter hanc inhumanitatem illibata est potestas Dominorum. Servi enim habentur in jure civili pro nullis, *l.32.R.J.* mortuis comparantur. *l.209.h.t.* Domini conditionem meliorem non deteriorem reddunt, *l.133.R.J.*

58. *Potestas* in personas alienas s. sui juris dicitur *Tutela* vel *Cura.prin.J.Tutel.* *Tutela* est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit. *§.1.J.l.1.ff.Tutel.* cujus deductio est in *d.l.1.§.1.* s. vis s. jus legas nihil interest; Consideratur aut in *Genere* aut in *Specie*.

59. Gene-

59. *Generaliter* consideratur in *Natura*, & 1. quibus competat. *Tutores esse possunt* 1. Personæ liberæ s. paterfamilias s. filius fam. *pr.J.J. Qui test.Tut.l.7.C. qui dare Tut.* & servus datus cum libertate datus censetur *l.10.§.fin.ff.Test.tut.* 2. Sexus virilis, *l.16.ff. Tut.l.26.Test.tut.l.1.C.Quand.mul.tut.* excepta matre & avia, si secundas nuptias abjurarit, & SCto Vellej. renunciaverit. *l. 2. C. Quand.Nov.18.c.5.*

60. *Tutores* esse quidam *prohibentur*: quidam *excusantur*. *Prohibentur* aut Natura aut Jure. *Natura* removet 1. Surdum, *l.1. §.fin.Leg.Tut.* 2. Mutos, *d.l.* 3. Cæcos. *l.3.C. Qui dare tut.l.un.C.qui Morb.* 4. Perpetuo morbo laborantes, *§.4.J.Curat.* 5. Mente captos, furiosos & prodigos. *l.17.ff.Tut.§.2.J. Qui test.Tut.* Posteriores admittuntur si ad mentem reversi fuerint, *d.§.2.& l. 11.ff.Tut.*

61. *Lege* prohibentur 1. Milites, *l.4.C. qui dar.tut.* 2. Debitores pupilli, *Nov.72.* adeo ut removendus sit, qui tacuerit, *d. N. c.4.* Si durante Tutela factus, curator adjungendus, *c. 2.* Excipitur tamen mater & avia. 3. Peregrini, *l.10.ff.Tut.* 4. suspectus, *l.1. ff.Susp.Tut.l.6.C.eod.*

62. *Excusationem* præbent. 1. Liberi, *pr.J.l.2.§.3.ff. Excus.* 2. Administratio Fisci, & negotia Reipubl. gesta. *§.1.& 2.J.l.1. C.si Tut.vel Cura.Reip.* 3. Lis cum pupillo de Hæreditate *§.4. Eod.* 4. Tres tutelæ, *§.5.J.l.2.&3.ff. Excus.* quod adeo obtinet, ut filius in patris potestate constitutus, tribus onustus patrem sublevet. *l.4.§.1.ff.Eod.* 5. Paupertas *§.6.J.l.7.ff.Eod.* 6. Adversa valetudo *§.7.J.* 7. Imperitia Supina *d.§.7.* 8. Inimicitiæ. *§.11.J.* 9. Controversia status *§.12.* 10. Ætas gravis, *§.13.J. l. 2.ff. Excus.l. un. C. Qui ætate.* 11. Professio, *§.15.J.l.6.ff.Eod.* 12. Principis consiliarii, *l. ult.C.Excus.* 13. Distantia justa, *§.16.J.*

63. Excusatio hæc 1. intra legitimum tempus proponenda, h. e. 50. dies, si prope habitet, intra 80. qui procul absunt *§.16.J. l. 6. C.Excusat.* nec 2. falsis utatur probationibus, secus si fecerit, omne subortum periculum penes Excusantem erit *l.20.ff.Adm.Tut.l.6.C.Test.Tut.*

64. *In tutela sunt* principaliter *personæ liberæ impuberes sui juris §.1.J.Tut. §.fin.J. Att.Tut.* & nepotes, *l.6. eod.* Secundario & *res* pupillorum curat Tutor.

 65. Forma

65. *Forma* hujus poteſtatis in Adminiſtratione, unde & Adminiſtratoria dicitur. Quam antecedunt. 1. Inventarii omnium bonorum confectio, *l.7.ff.l.24.C.Adm.Tutel.* 2. Cautionis præſtatio de provincia pro viribus adminiſtranda; quæ & negligentiæ Tutorum & periculo pupillorum proſpicit *pr.J.Satid. Tut.l.1.C.Tut.vel Curat.*

66. *Adminiſtratio* ipſa in Tribus eminet. 1. in Auctoritate interponenda, ſi conditio pupilli deterior reddatur *pr. J. Auct. Tut.l.5.§.1.ff.Eod.l.189.R.J.l.3. Quib.ex fact.Tut.* 2. Pupillum educando & alimenta præbendo *l.1.C.Alim. pupill.* & mores conformando, *l.12.ff.Adm.Tut.*

67. Facultates pupilli meliorando, debita exigendo, *l.15. ff.Adm.Tut.* non in uſum proprium convertendo *l.3. C. Arb. Tut.* de quibus omnibus rationem reddere tenetur *l.1.ff. Tut. & rat. diſtr.* Exceptis bonis adminiſtratis à matre avoque materno, qui indemnitatem præſtabunt, *l.2.C. Si Mater.*

68. Secundum cauſam Efficientem divitur in *Legitimam & Dativam. Illam* introduxit legis Diſpoſitio *l.1.ff. Legit. Tut. Hanc* voluntas hominis dat, & vel à parente moriente *l.7.ff. Teſt. Tut.* vel à magiſtratu & quidem competente, *l.1.pr.l.3.ff. Tut. & Curat. dat.* & ſi ampla fuerit facultas in diverſis provinciis, utrinque ab ordinario Magiſtratu. *l.27.ff.Eod.l.21.§.2.ff. Excuſat. l.6.C. qui pet. Tut.* datur.

69. *Legitima* Tutela defertur Agnatis proximioribus, *§.fin. J.Capit.Diminut.l.7.& 9.ff.Leg.Tut.l.4.C.eod.* Hodie etiam cognatis, *Nov.118.c.5.* per *Analogiam.* 1. Parentibus in filios Emancipatos *§.un.J.Legit.Parent.Tut.l.3.§.fin.ff.Leg.Tut.* 2. Patronis *§. un. J.Leg.Patr.Tut.d.l.3.§.4.* 3. Fratribus Fiduciaria dicta. *§.un.J.Fiduc.Tut.l.4.ff.l.4.C.Leg.Tut.*

70. *Teſtamentaria* eſt in liberos poteſtati ſubjectos. *l.1.ff. Teſt.Tut.§.3.J.Tut.* Mater vero regulariter non dat, niſi hæredi inſtituto, *l.4.ff.Teſt.Tut.l.69.§.2.Legat.2.l.4.C.Teſt.Tut.* qui tamen confirmandus *l.1.§.1.ff. Confir.Tut.* Dari poteſt & paterfamilias & filiusfam, & ſervus & quidem alienus ſi liber factus fuerit. *§.1. J. Qui Teſt.*

71. Dantur *à magiſtratu* viri eandem juriſdictionem agno-

ſcen-

ſcentes *l.1.§.2.l.3.ff.Tut.Curat.dat.* *Petuntur* autem regulariter à matribus & Libertis *l.2.§.1.ff.l.2.&6.C.qui pet.Tut.* Mater etiam naturalibus petit, *l.ult.C.eod.* qui ſi defecerint, petunt cognati & amici parentum *d.l.2.pr.l.10.C.eod.* quod & in Amita obtinet *l.5.C.qui petant.*

72. *Cura* eſt poteſtas à magiſtratu data *§.1.J.Curat.l.1.ff.Curat.furioſ.* & alio modo data confirmanda à Prætore *l.1.§.3.l.6.ff.Confir.Tut.* *Curatores* ſunt Maſculi Majores *l.3.C.in integ.reſtitut.min.* Filius Patri & Matri furioſis datur, *l.2.&.4.ff.Curat.Furioſ.* fratribus *l.5.C.Curat.Furioſ.* Vir mulieris curator eſſe prohibetur. *l.14.ff.eod.*

73. Dantur *Minoribus volentibus*, *§.2.J.Curat.* ad litem invitis *§.2.ibid.* *Majoribus* etiam invitis *l.6.ff.Tut.& Curat.dat.* ſi ſc. vel ob defectum animi, vel morbum aliquem perpetuum rebus ſuis ſupereſſe nequeunt, *§.3.&4.J.Curat.l.8.§.3.ff.Tut.& Curat.dat.l.1.Curat.Furioſ.* Et pupillo certis in caſibus expreſſis in *§.pen.&§.ult.J.Curat.*

74. Curatores autem principaliter *rebus minorum* dantur, quas & adminiſtrabunt. *l.48.ff.Adm.& per.Tut.l.1.ff.Curat.Furioſ.l.8.C.Nupt.* à quibus & eadem, quæ à Tutoribus, exigitur diligentia *l.33.§.1.ff.Adm.&per.Tutor.* & propterea eandem quoque obtinent cum illis autoritatem, *l.11.ff.Auct.&conſ.Tut.*

75. Sequitur *Dominato Realis*, quæ eſt vel Simplex vel Mixta; *Simplex* eſt vel in re *Noſtra* vel in re *Aliena*: In re *noſtra* eſt *Dominium*, quod ſive à domo *l.195.ff.V.S.* ſ. aliunde deducatur nihil intereſt, eſt Dominatio civibus in re ſua Dominandi conceſſa. *l.21.C.Mandat.*

76. *Generaliſſime* ſumitur pro omni Dominatione, qua quis Dominus dicitur. *Generaliter* pro Dominatione rerum, *Specialiter* & *proprie* pro Dominatione modo definita *§.11.J.R.D.d.l.195.* *Synonyma* ſunt 1. Dominatio *l.64.ff.Cond.indeb.l.78.Acqu.vel omitt.her.l.fin.C.Cenſib.&Cenſ.* 2. Dominicum Patrimonium *l.2.Feud.t.35.* 3. Poſſeſſio *l.78.V.S.* 4. Proprietas & ſi quæ vulgaria alia.

77. Acquirunt autem omnes *cives patresfamilias*, idque vel ob legis Diſpoſitionem *t.t.b.J.Hæred.qu.ab Inteſt.l.14.C.Legit.*

 He-

Hæredit. ob dispositionem hominis, per semetipsos, per liberos, per servos, & alienos bona fide possessos *pr. J. per quas Person.* nisi specialiter prohibentur.

78. *Prohibentur* autem 1. sub potestate constituti, ut: Monachi *Auth. Ingressi.* C. SS. *Eccles. Nov.* 5. *c.* 5. Filii ratione peculii Pagani Profectitii, §. 1. *J. per quas Pers. l.* 79. *Acqu. vel amitt. hæred.* Servi § 3. *J. per quas l.* 10. §. 1. *A. R. D.* 2. Hæretici *l.* 10. C. *Hæred.* Judæi quo ad Mancipia Christiana. *l. un.* C. *Ne Christ. manc.* 3. Milites vel officii causa in Provincia degentes *l.* 33. *ff. Reb. Cred. l.* 62. *pr. Contr. empt. l. fin.* C. *Resc. Vendit.*

79. In Dominium proprie sic dictum veniunt *res corporales* in patrimonio singulorum existentes §. 11. *J. R. D. l.* 1. §. 1. *ff. Eod. l.* 49. *V. S.* Sive mobiles s. immobiles fuerint *l.* 15. C. SS. *Eccles.* s. animatæ s. in animatæ *l.* 1. §. 1. *ff. R. V.* s. universales s. singulares §. *fin. J. per quas*, modo sit *nostra*, vel possit fieri nostra, quo distinguitur à Possessione & Jure Utendi ac fruendi.

80. *In corporales res vero nullo modo veniunt in Dominium objective*, quia 1. Vindicantur; Omnis autem vindicatio est Dominii. *l.* 73. *ff. R. V.* 2. Sunt formæ, non itaque formæ subjiciendæ, cum forma perficiendam sumat materiam appetentem ipsam, 3. Sunt pars Dominii sc. formaliter considerati, *l.* 4. *ff. Usufr.*

81. *Forma* Dominii consistit 1. in Dominatione libera. *l.* 78. *ff. Acqu. vel amit. Hæret.* & potest Dominus rem suam libere alienare, §. 40. *J. R. D.* & pro libertate voluntatis in mare projicere *l.* 55. *ff. Cond. & demonstr.* modo plenum habeat Dominium, & absolutum. 2. In utendo, ut qui turbet hanc facultatem injuriarum teneatur, *l.* 13. §. *fin. ff. Injuriis.* 3. In Vindicando *l.* 23 *ff. R. V. l.* 25 *pr. Oblig. & Act.*

82. Ex hoc modo Dominandi fluit *Divisio* Dominii in Plenum & Semiplenum s. Proprietatis. *Ususfructus Dominium proprie non datur*, siquidem jus hoc est in re aliena, Dominium semper in re nostra, per ea quæ diximus. *Plenum* est quod modo explicuimus. *Proprietatis* vero cum jus utendi sit penes alium, & omne ratione causæ dr. *Hæreditas.*

83. *Possessio* quasi dicas sedis positionem, *l.* 1. *pr. ff. Acq. Poss* aliis deductionibus neglectis. Possessio vox est multa significans

cans. 1. *Generalissime* sumitur pro Dominio rerum *l. 78. ff. V. S.* 2. *Proprie* pro apprehensione rei cujus proprietas nostra non est, *l. 115. V. S. & 1 1. ff Acqu. omitt. Poss.* 3. *Strictissime* pro re possessa immobili, *l 5. § 10. ff. Reb eorum qui sub l. 6. C. R V.*

84. Possessio est Dominatio s. jus rem alienam corporalem sibi habendi, *l. 2. & 44. ff. Acqu. Poss. Jus* est Dominatio, non habito respectu ad id quod fiat, sed ad id quod Prætor fieri permittit, etiamsi injustum sit, *l. 11. ff JJ.*

85. Possessionis Dominationem sibi *acquirunt omnes*, qui omni modum Dominium possunt, videlicet *cives sui juris, l. 48. §. 1. ff. Acqu. Poss.* etiam Pupillus & infans, *l. 32. Eod.* modo solus quis sit: Duo enim unam rem in solidum, h. e, eodem modo posside- re nequeunt, *l. 3. §. 5 Eod.*

86. *Præter nos* & alii nobis possessionem acquirunt, puta Liberi & Servi nostri *§. 1. & 2. J. per quas Pers. l. 1. § 5. ff. Acquir. Poss.* per servos alienos, *l. 1. §. 6. & 8. l 49. Eod*, per personas bona fide servientes *l. 1. C. Per quas Pers*, per Procuratorem Tutorem & Curatorem nostro nomine detinentem *d. l. 1, §. 20. l. 9. l. 42. ff. Acquir. Possess.* acquirimus

87. *Possessor* autem ex causis acquisitionis dicitur vel *Bonæ*, vel *Malæ fidei* possessor. *Ille* est qui rem justo titulo, s. justa ex causa consecutus est, *l. 11. ff. Acq. Poss. l. 137. R. J. Hic* contra, qui nullam juris sui causam habet legitimam. *l. 26. & 27. ff. Contr. empt.*

88. *Possideri* possunt quæ sunt corporalia, *l. 3. pr. ff Acq. Poss.* s. immobilis *l. 5. §. 10. ff. Reb. eor. qui sub Tut. l. 3. ff. Var. & Extraord. Cogn. l. 6. C. R. V.* cum multis aliis: s. mobilis sit, *l. 3. § 4. & l. 47. ff. Acq. Poss.* modo sit res certa *d. l. 3. §. 2.* & vacua, *l. 3. C. Eod.*, & jure non prohibeatur.

89. *Prohibentur* autem Res Sacræ & Religiosæ, etiam si contemnamus religionem, *l. 30. §. 1. ff. Acq. Poss* à mari possessæ, *d. l. 30. §. 3.* ex naufragio expulsæ, *l. 21 §. 1. Eod.* Item homo liber *d. l 30. §. 1.* Incorporalia ea ipsa de causa in possessionis jus venire nequeunt, qua in Dominium

90. *Forma* Possessionis consistit 1. in Justa detentione, quæ fit animo & corpore simul, *l. 3. l. 8. l. 31. ff. Acqu. Poss. l. 153. R. J. l 4. C. Acq. Poss.* & sufficit hæc corporalis insistentia aliquando fuerit tali animo. 2, In utendo, possessio enim justa idem præstat

quod

quod veritas *l.136. R.J.* 3. In defendendo jus suum contra tertium turbantem beneficio Interdicti. *L.1.§.30.ff.Vi & vi Arm.*

91. *Possessio* sicut Dominium ex modo Possidendi dividitur,in *Detentionem* & *Possessionem*. Divisio in Causalē & Formalem negligenda est. Causalis enim cum Dominio juncta sit, ibi tractatur; Proprietatem autem nihil commune habere cum possessione formali,dicit, *l.12.§.1.ff.Acq.Poss.*

92. *Detentio* quæ & naturalis, est Possessio rem alienam corporaliter detinens, h. e. actu secundo, actus enim primus hic non attendendus, nullum enim esset discrimen inter hanc & civilem. *l.3.§.13.ff.Acq.Poss.l.12.pr.Eod.* s. jam justa s. injusta sit, modo teneat,*l.6.§.1.Eod.*

93. *Possessio in specie* s. civilis, est possessio rem alienam cum animo sibi habendi detinens, quo differt à naturali, quia illa solum corporaliter detinet,per *d. l.8.§.13.* Hæc animum addit, Convenit autem cum illa ratione hujus detentionis,& propterea aliquando Naturalis dicitur.

94. *Servitus*, dicta est à serviendo, quod sc. res serviat alteri rei vel Personæ, *l.20.§.1.ff.Acq.rer.Dom l 169.V.S.* & definitur quod sit *Jus, per §.fin.J.Rebus Corp.l.4.in pr. Si Servit. Vindic.* & definitiones speciales servitutum,rem alienam corpoream habendi, utendique *l.5 ff. si Usufr. petet.*

95. *Constituitur* autem servitus 1. *Personis,l.33.ff.Ususfruct. & quemad.l.22.Usu.* Et nostris *l.5.Eod.l.1.& 5.C.Usufr. & Hab.* & Extraneis *l.46.ff.Usufr. & quem.* absque discrimine sexus *l. 22. Quib. mod.Ususfr.l.7.Usu.& Hab.l.9.& 10. C. Usufr. & Hab.*

96. 2. *Rebus* videlicet *Prædiis t.t.serv U P. & R.* ubi per Urbana Prædia intelliguntur omnia ædificia, etiam si in villa sint *l.1.pr.ff.Comm. Præd.l.198.V.S.* & his constituuntur, quibus qui destituitur, & hoc jure destitutus erit. *d.l.1.*

97. *Acquirimus* jus hoc non tantum nostris actibus vid. Venditione *l.19.& 20.ff.Servitut.* Pactionibus, *§ ult.J.Servit.Præd.* Sed & alienis,ut Legato *d.§.ult.* & ll. hinc inde, & per Personas, quas in nostra Potestate habemus *l. 6. §. 2. ff. Usufr.*

98. In

98. In *Dominationem* hanc venit: *Res aliena l. 5. pr. ff. si Usuf. pet. l. 26. S. P. U. l. 33. §. 1. S. R. P.* Corporalis, *l. 2 ff Usufr l. 1. ff. U, ufr. & red. Legat.* f Mobilis f. Immobilis, §. 2. *J.* f. Animata f Inanimata, *d. §. 2. l. 15. §. 2. l. 25. l. 27. §. 3. Usufr. t. t. Oper. Serv. & tt. servit.* etiam natura suâ consumibiles, *l. 28. Usufr.* modo non consumantur, *d. §. 2.* & sint. juris humani, *l. 4 ff. Comm. Præd.*

99. *Modus* consistit 1. In libertate exercitii hujus Dominationis, *l. fin. ff. servitut.* Nec potest Dominus prohibendo hoc jus tollere, nec etiam invito Ususfructuario servitutem imponere, *l. 15. §. 6. & 7. ff. Usufr.* 2. In Vindicando, resistendo nimirum alteri, *l. 59 §. 1. Usufr. t. t. si servit Vindicetur.*

100. Servitus ratione subjectorum, *dividitur* in *Personalem.* Dominatio Personæ, re aliena utendi habendive constituta, *l. 32. & 57. ff Usufr.* cujus Species constituuntur: *Ususfructus;* Jus alienis rebus utendi ac fruendi, *l. 1. Eod. Usus,* jus re aliena utendi, *l. 2. ff. Usu. & Hab. Habitatio,* Jus ædes alienas inhabitandi aliisque locandi, *§. 5. J. Usu. & Hab.* discrimen patet ex modo Dominandi.

101. Et in *Realem,* Servitus rei f. Prædio debita, quod prædium principaliter respicit, & absque hoc constitui nequit, *l. 1. §. 1. Comm. Præd.* & secundario Dominum. *Prædia* vero hæc cum duorum sint generum *Urbana* & *Rustica, l. 1. ff. servit.* Sive ædes & Fundi, Servitus quoque Realis hinc oritur duplex.

102. Servitus *Urbana* est jus, ædibus nostris in aliena re immobili constitutum, *§. 1. J. servit. P. U.* & sunt vel *Affirmativa.* 1. Oneris ferendi, *l. 22 ff. Eod.* 2. Tigni immittendi, *l. 2. & 20. Eod.* 3. Avertendi stillicidii, *l. 2.* 4. Altius tollendi, *l. 11. Eod.* 5. Luminum, *l. 4. Eod.* 6. Prospiciendi, *l. 15.* 7. Cloacæ mittendæ, *l. 7. serv.*

103. *Negativæ* sunt qui denegant quid, & sunt: 1. Tigni non immittendi. 2. Stillicidii non avertendi, *l. 3. Eod.* 3. Altius non tollendi, *l. 2. & 32. Eod.* Ne luminibus officiatur, *l. 15.* Ne prospectui *ibid.* Positum non habendi, *l. 17. Si serv. Vindicet.*

104. *Rustica* Servitus est jus f. Dominatio fundo nostro in aliena re immobili constituta, & sunt: 1. Iter *pr. J. S P. l. 2. R. S. P.* 2. Actus, *ibid.* 3. Via, *ibid.* 4. Aquæ ductus, *ibid* 5 Aquæ haustus, *§. 2. J. l. 3. §. ult. Eod.* Pecoris appulsus, *d. §. 2. l. 4. Eod.* & si quæ sunt aliæ dictis in locis propositæ.

 105. Mix-

105. *Mixtam Dominationem voco Obligationem*, hoc de causa, quia & res & Personam respicit, rem ratione Dominationis. Personam ratione rei præstandæ, *l. 3. pr. ff. O. & A.* Quam præstationem debet Dominus rei nostræ. Est autem Obligatio ab obligando vinciendoque dicta.

106. Obligationem autem, inter Dominationes reales referendam esse, suadet ipsum objectum principale, res seu corpus, quod præstare tenetur Obligatus, in qua re acquisita acquiescit creditor. Est tamen propter Obligationem ex facto hominis solo s. delicto ortam, erudita dubitatio, à plurimis in refutando Vultejum non animadversa.

107. Arbitrantur distinctionem Obligationis in Naturalem & Civilem esse divisionem Generis in Species, quod à veritate juris & ratiocinationis alienum monstrat dispar utriusque natura: & est distinctio vocis in suos significatus; alias n. & Dominium & possessio hoc modo dividenda venirent

108. *Naturalis* obligatio notat vinculum naturalis æquitatis, quæ rerum compensationem Arithmetice proportionatam exigit, *Arist. 5. Eth. Nic. 7.* quæ inter omnes homines æqualis, *arg. l. 1. § ff. O. & A. l. 84 R. J.* Jure enim naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, *l. 206. R. J.*

109. *Civilis* obligatio notat vinculum juris in nostra civitate approbati, *pr J. Oblig.* quæ secundum Jus duplex nempe Legitimum & Honorarium, *l 7. J. J.* vel Civilis vel Prætoria, *§ 1. Instit. Oblig.*

110. Est autem *obligatio*, Dominatio in re à Persona præstanda vel facto hominis lædente constituta. *pr J. Obl.* Genus probatur 1 quia est quid constitutum, jure autem constitutum Dominationem esse probat, *l. 9. JJ.* & probavimus supra. 2. Actiones hujus gratia instituuntur, obligatio est mater actionis, *l. 42. § 2. ff. Procur.* & propterea rationem finis obtinet.

111. Ex dicto pr. J facile est colligere *Subjectum* veræ Obligationis. Acquirunt autem sibi obligationem, qui communionem jurium à nostra civitate approbatorum habent, h. e. cives s. patresfamilias; & filiifamilias, ratione bonorum propriorum hoc jus habent, *§. 1. J. per quas Pers. oblig.* Servi a. Excluduntur, *l. 22. R. J.* quæ lex de Significatione Activa loquitur.

112. *Acqui-*

112. *Acquiritur* nobis hæc Dominatio præter nostra facta, *per alias* quoque *personas*, Filios & Servos nostros, servos Communes, Usufructuarios, & personas liberas bona fide possessas, *t.t.J. per quas Pers.Oblig.* modo vis obligationis in nostra Persona consistat, *l.11 ff.O & A.*

113. *Obligantur* nobis omnes qui consentire de præstatione possunt, & paterfamilias, *l. 43. ff. O. A.* filiusfamilias, *l. 9. & 39. Eod.* pubes suæ potestatis, *d. l 43.* Mutus, *l. 1. §. 14. Eod.* Surdus, *d. l. 1 § 15. & l. 48.* Servus in quibusdam obligatur, *l 20. Eod.* Pupillus & Furiosus ubi ex re venit actio obligantur, *l. 46. Eod.*

114. *Materia* Obligationis circa quam s. objectum duplex facio, *Primarium*, & totale quod omnis obligatio respicit est factum Hominis, *d. 3. ff. Eod.* facta enim hominis hoc jus inducunt, & propter hæc etiam omnis Condictio instituitur, *l. 25. §. 1. Eod.* modo sint possibilia, *l. 31. Eod. l. 145. R. J.* etiamsi sint turpia, *§. 2. J. Oblig. l. 1. pr. l. 4 ff. Eod.*

115. *Secundarium* & partiale Obligationis objectum sunt res dandæ aut præstandæ, *pr. J. Oblig. l. 3. §. 1. ff. Eod.* quæ semper sint alienæ, nostrarum enim rerum inutilis est stipulatio, *l. 1. §. 10. Eod.* & sint tales, quæ possint præstari, h. e. quæ in nostris bonis esse possint, *d. l. 1. §. 7.*

116. *Modus* hujus Dominationis consistit. 1. Habere Personam ad præstandum vel ex Conventione vel maleficio obligatam semper, *prin. ff. O. A.* & per modo dicta. 2. Condictionem instituere posse, qua jus nobis denegatam consequimur, *l. 25. Eod.*

117. Modus hic Dominandi propter duplex factum Hominis, duplex erit, & propter duplicem hunc modum. Duplex quoque Obligatio: *Conventionalis* & *Malefica* oritur; Durior est hæc locutio, sed propter Mercurii, quem in rebus luxuriantem veneramur libertatem, liceat uti hisce vocibus.

118. *Conventionalis* est Obligatio Conventionem de dando vel faciendo aliquid institutam, perficiens. *Malefica* est Obliga-

O. *A*. Malefica Persona est quæ ex furtis rapinisve vivit, concivem suum damno vel injuria sciens volensque afficit, læditque societatem civilem.

Et hæc de Fine obtinendo.

ARTICULUS II.

De

FINE CONSTITUENDO.

Thesis 1.

ARistoteles Speculator rerum abstrusarum felicissimus, Finem Politicæ suæ definit per τάξιν, *3. Polit. 4.* quod præ cœteris Interpp. recte reddit *D. Th in prælectionibus suis Polit. Ordinationem*; & propter naturam Finis Prudentiæ, qui consistit in praxi, & propter rationem finis generaliter considerati, perfectionem.

2. Civitas enim quam Philosophus, *lib. 1. polit. 3.* Objectum Politicæ statuerat, Reipublicæ introductione perficitur, quando scilicet Superiores & Inferiores quisque convenienti loco collocatur, Imperantes à Subditis, & hi ab illis separantur; Hæc ipsa Ordinatio est Respublica. *d. c. 4.*

3. Hæc tamen Ordinatio non disponit domesticas illas & primas Societates, quippe quas ordinat ipsa Natura, & quis Præcipiens, & quis dicto audiens esse debeat, præcipit; Sed est Ordinatio, à gentibus s. pluribus familiis in unũ collectis, per legem rectæ rationis inhabitantem observata, qua Naturam imitati Imperantem & Subditos secernunt:

4. Verum enim vero cum Ordinatio ejusmodi ponat relationem ad aliud, duo hic consideranda veniunt: id per quod Ordinatio est, quod est, nobis *Formale* dictum; & id cui est, *Materiale* nuncupatum. *Formale* perficit & facit esse materiale; Estque in Republica *Majestas*. *Materiale* quod perficitur est ipse *populus* legitime ordinandus.

5. Finis

5. Finis Jurisprudentiæ, qui subordinatur fini Politicæ, à quo & perficitur, tanquam generaliori, non potest esse toto genere diversus ab illo, & propterea eandem considerationem admittit, Omnis enim Dominatio privata, quam & optumo jure Majestatem privatam dixero, dirigitur ad bonum Publicum. Interest enim Reipublicæ, ne quis re sua male utatur, §. 1. J. *His qui sunt.*

6. Dominatio, quam supra feci finem Jurisprudentiæ, non tantum privatæ, sed Jurisprudentiæ in sua generalitate consideratæ, *consideratur dupliciter: Formaliter & Materialiter*, quamvis vox hæc magis notet considerationem Formalem, quam Materialem.

7. Est hæc consideratio non tantum utilis ad decisiones controversiarum de Dominio rerum corporalium & incorporalium; sed & summe Necessaria; Cum enim sit constitutum quid, & sic compositum quid, his duobus principiis constabit, efflagitat insuper relationis natura, quæ inter relationem & fundamentum distinguit.

8. *Formale* in Dominatione privata, *est ipsa facultas ipsumque jus* à legibus civitatis nostræ constitutum, *l. 9. JJ.* quo libere disponimus in rebus nostris & alienis, quo respectu per jus omnes Dominationis species definiuntur in ll. *Materiale sunt Res* & animatæ, rationales, irrationalesve, & Inanimatæ, quæ juri illi subjiciuntur.

9. Modos hujus facultatis expressi, ubi Species Dominationis recensui, ita ut supervacaneum sit, & crambem bis coctam apponere, illos repetere: Hic exprimenda sunt quædam *jura* & præeminentiæ, quibus Dominatio privata, qua talis, gaudet, & facio quatuor. *1. Libertatem. 2. Usum. 3. Defensionem. 4. Alienationem.*

10. In Politicis dicuntur jura illa, quibus stipata est Maje-

11. Est autem *Libertas* jus Dominationis privatæ Essentiale, quo quilibet cives liberæ, h. e bonæ Reipublicæ utitur in rebus suis, absque ullius contradictone legitima, eo quod per leges ita constitutum est, idque ad exemplar Majestatis supremæ constituentis.

12. Libertatis hujus præ aliis gentibus Studiosi fuerunt Romani, quod testantur ejectiones Regum, mutationes Reipublicæ in varias formas, omnia libertatis privatæ studio & ardore instituta, non tantum in Publicis, sed & in Domesticis, unde *pr. J. PP. Justinianus* talem, *comparativa est Propositio Exponibilis*, aliis gentibus denegat potestatem Patriam.

13. *Vestigia* hujus libertatis cernimus in jure veteri, quo Jus vitæ ac necis Marito Patri ac Domino in personas suæ potestati subjectas competebat, *§. 1. J. Hi qui sunt. l. 11. ff Liber. & posth. her.* absque ulla reprehensione, quod testantur exempla Bruti & Horatii. Et licet hæc in humanitas sit sublata, potestas tamen illa mansit illibata, *§ 2. J. Hi qui sunt*, & Persona Dominantium sancta, *l. 9. ff. Obseq. Parent.*

14. Ex Libertate hac Legitima fluit alterum Essentiale Jus, *Usus* rerum propriarum, pro ut vir bonus & frugi Paterfamilias rebus suis uti potest, nemini enim res sua debet esse nociva; & Utitur jure hoc omnis Dominus licet non eodem modo.

15. Hinc *alius est Usus Rationalium animatorum alius irrationalium, alius inanimatorum.* Quid usui sit uxor Marito, quid filius Patri, quid præstare cogatur servus, supra est explicatum, licet enim non consumat, præter honorem tamen debitam, lucratur quivis Dominus aliquid secundum constitutiones ex bonis ipsorum,

16. *Defensio* est jus Dominationis Essentiale, quo se suaque omnia, contra vim illatam defendit Dominans, & fundata est non tantum in jure civili, hinc inde in ll. sed & naturæ, *l. 3. ff. JJ. l. 1. §. 27. ff. Vi & Vi armat.* Cum enim propter cognationem naturalem homini hominem insidiari nefas sit, sed malitia eo deducti quidam turbent Dominationes, juri consentaneum

neum eſt, ſe defendere & turbatorem in ſervitutem deducere, quæ deductio, quomodo legi naturæ contrarietur, non video.

17. Defenſio vero non tantum conſiſtit in *propulſione vis illatæ, ſed & injuriarum*; Sic maritos defendere uxores æquum pronunciat *Imp.* § *2 J. Injuriis.* & injuria liberis illata pertingit pudorem parentis, *l. 1 § 2. ff. Eod.* Læduntur & Domini in ſervis *§. 3. J. Eod.* Domino reſtituendum eſt Damnum datum in percuſſo quadrupede *pr. J. Ad. L Aquil.*

18. Sic *defendo & jura* ſ. Dominationes meas, & denegatas *vindico per Actiones*, quæ ſunt remedia conſervativa & reſtitutiva à ll. conſtituta, adverſus vim vel alium modum, quo ceu morbo jura noſtra inficiuntur, & quamvis res petantur, *l. 25. § 1. ff. O. A.* id tamen ſecundario fit, primario ipſa jura ſarta tecta cupimus.

19. Et tantum operatur defenſio, ut is qui nos noſtramque libertatem auſus fuerit turbare, injuriarum teneatur, *l. 13. §. fin. Injur.* Uſufructuarius à Proprietario non poteſt turbari, quo jus ſuum deterius reddatur, *l. 15. §. 6. & 7. ff. Uſufr.* & ſic in aliis Dominationibus.

20. Alienatio eſt jus ſ. facultas Dominationi Eſſentialis, qua quis res ſuas poteſt alienare absque contradictione concivis, modo alienatio non adverſetur commoditati Reipublicæ: Parentes de jure veteri tertio diſtrahebant liberos ſuos, *l. 2. C. Patrib. quib filios.* Domini ſervos *paſſim in ll.* Rem ſuam Dominus, *§. 40. J. R. D.* nec ſi in mare projiceret, quis impedire audet factum, *l. 55. ff. Condcr. & Demonſtr.*

21. Et hæc de juribus In quibus formalis ratio omnis Dominationis privatæ conſiſtit, ſufficiant; quod ſi alia fuerint, aut ad hæc poterunt reduci, aut ſi differunt ignoſcendum eſt Tyroni, qui moveo quidem ſed parum promovi, divina Ingenia altiora & ſublimiora de his meditabuntur.

23. *Personæ* prima sui divisione dividuntur in *Liberas & Servas*, *pr. J. Jur. Pers. l. 3. ff. stat. Hom.* Sic dictæ ob voluntatem liberam vel coactam, secundum hanc enim libertatem servitutem contra naturam esse, *l. 4. ff. ibid.* dicit Jureconsultus.

24. *Liberæ* Personæ aut sunt *Ingenuæ* aut *Libertinæ*, *§. fin. J. Jur. Pers. l. 5. ff. stat. hom.* *Ingenua* Persona est 1. quæ ex utroque parente vel alterutro libero nascitur, *pr. J. Ingen.* 2. Natus ex matre libera cui aqua ignique interdictum, si ex justis nuptiis concepit, *l. 18. ff. stat. hom.* 3. Natus ex Ancilla eo Tempore, quo mater debebat esse libera, *l. 22. Eod* modo mater libertatem petiit, *l. 4. C. fideicom. libert.* 3. Is, de quo sententia lata est. *l. 25. ff. stat. hom.*

25. Ingenuas Personas specialiori & accommodatiori divisione divido in *Uxores* & *Liberos*. *Uxores* sunt, aut *justæ* aut *injustæ*, *l. 13. L. Jul. Adult.* & erant aut per Confarreationem, Coemptionem aut Usum olim. hodiè per in domum deductionem. Hinc quæ injusta sit facilis est collectio, *ex tit. ff. Rit Nupt.* & *lib. 5. C. à tit. 4. us. 3 10.*

26. *Liberi* aut sunt *Legitimi* aut *Illegitimi*, *l. 1. C. Nat. Lib.* *Legitimi* s. quos lex approbavit agnoscitque, sunt aut *Civiles* aut *Naturales*. *Civiles* sunt adoptati, *pr. J. Adopt. l. ff. Eod.* *Naturales* vel sunt ex justis nuptiis procreati, *pr. J. P. P. l. 13. ff. His qui sunt sui*, vel Legitimati, *§. fin. J Nupt.* horum liberorum homine etiam nepotes comprehendit, *l. 5. ff. His qui sunt.*

27. *Illegitimi* sunt, quos lex nec novit nec admittit, utpote qui non secundum leges concepti, & sunt, vel ex Concubinatu, *l. 1. C. Nat. Liber.* ex Contubernio, *Nov. 80. c. 1.* vel ex Reprobato coitu ut Spurii, *l. 23. ff. stat. hom. §. 12. J. Nupt.* Vulgo quæsiti *d. l. 23.* vel ex adulterio vel ex incestu.

28. *Libertina* Persona est, quæ ex justa manumissione libertatem est consecuta, *pr. J. Libert. l. 6 ff. stat. Hom.* dicuntur & *liberti*, idq; ratione Patronorum, *l. 6 ff si Ingen esse dic.* Et hoc vel ex legis dispositione, quæ libertatem servo adjudicat unde legalis, vel ex libera Domini voluntate, unde Civilis dicitur libertus.

29. *Lex* Liberum jubet servum 1. servum hac conditione, ut manumitteretur venditum *l. 1. ff. Qui sine Manum.* 2. ægrum à Domino domo ejectum, *l. 2. ff. Eod. l. 1. § 3. C. Latin. Libert.* 3. Domino interficiendo opem ferentem, *l. 13. ff. SCtum. Syllan. l. 16. ff. Qui sine Manum. l. 1. C. pro quib. Caus.* 4 Raptorem Virginis indicantem, *l. 3.* C. *eod.* Desertorem Militiæ deferentem, *l. 4. C. Eod.* 6. Monetarios falsos producentem, *l. 2. C. eod.*

30. *Voluntas* Domini variis modis servum liberum pronunciat; de quibus modis in posteriori parte agendum, videatur totus *lib. 40. ff. lib. 5. & 6. Cod.* Fiebant autem hi manumissi aut cives, Latini aut Deditii, qui posteriores modi sublati per Justinianum, ut patet, *t. 5. & 6. lib. 6. Cod.* discrimen eorum apparet ex *§. 3. J. Libertinis.*

31. *Servi* sunt qui contra naturam voluntatis humanæ aliena peragere coguntur, *§. 2. J. J. P. l. 4. ff. stat. Hom.* Quod tamen non intelligendum est de actione voluntatis recta, sed imperata ab Extraneo non ratione propria; Quia tamen quorundam ratio non semper agenda utilia præcipere possit, servitus naturalis orta est, quamvis sobrie loquendo omnis servitus etiam legalis est à natura.

32. *Servi* aut *Fiunt* aut *Nascuntur*, *§. 4. J. J. P.* *Nascuntur* ex Ancillis nostris, *d. §. l. 5. §. 1. stat. Hom.* *Fiunt* vel *Jure Gentium* videlicet per captivitatem, *d. §.* unde & mancipia dicebantur, *l. 4. ff. Eod.* & servi quod ab Humanis victoribus servabantur, *d. l. 4. §. 3.* *Jure civili* si major 25 annis ad pretium aucupandum se venire passus est, *§ 4 J J Pers. d. l. 5.*

33. His annumerandi veniunt & *Statu liberi*, sic dicti, quod statutam & destinatam in tempus vel conditionem libertatem habeant. *l. 1. ff. statulib. per l. 9. ff. Eod.* ut & *29.* quia & venundantur, quod certissimum servitutis signum, *l. 25 Eod.* & *Adscriptitii*

sit, in Dominatione tamen esse dicitur. § 37. J. R. V. l. 31. §. fin. ff. *solut. Matrim.*

35. Inanimata peculium dicuntur, bona ab illis, qui in potestate constituti sunt, vel labore vel liberalitate acquisita: Estque vel Militare vel Paganum, Militare vel Castrense, *l. 4. pr. l. 11 ff. Castr. pecul.* Quasi castrense, *l. 4 C. Advoc. divers. judi. 10r* Paganum vel Profectitium, *§. 1. J. per quas Pers.* Adventitium, *d. §. 1. l. 6.* C. Bonis quæ Liber.

36. Sequuntur *Res* ubi primo notandum, me non sumere hanc vocem in Generalissima significatione, qua & jura res dicuntur, *Rub. J Rebus Corpor. & Incorpor.* nec in illa significatione, quæ res corporales tam publicas; quam privatas, divinas sacras & profanas notat, *t. J. R D.* Sed in singulari quadam, quæ notat res in singulorum jure existentes, *§. 11. J eod.*

37. Remanent itaque *sola corporales privatæ*, explosis Incorporalibus; per ea quæ supra th 70 d xi, distinguendum enim est Dominium Formale & Materiale; Formaliter sunt ipsum Dominium jura illa, non poterunt itaque sibi esse & Materia, sic enim essent & perficiendum & perfectio ipsa, quod absonum etiam in naturalibus deprehendimus? adde quod nullus textus in universo jure sit, qui jura materiale Dominium dicat.

38. *Res* has in Dominationem venientes considero & secundum *Naturam & Secundum Accidentia* s. accessiones: Naturam considero in Definitione. Definitio habetur, *§. 1. J. Reb. Corp. & Incorp.* aptæ natæ in Dominationem venire privatam, de iis, quæ in nostram Dominationem non veniunt, non est quod simus solliciti, nam illi materiæ forma est Forma, quæ potentiam habet ad recipiendam actum formæ.

39. Dividuntur hæ res quod sint *communes* h. e. in nullius Dominio existentes, ita tamen per Naturam & leges civiles dispositæ, ut possint à privatis occupari, *pr. J. R. D. l. 1. §. 1. ff. Acq. rer. Dom.* & sunt tales vel ratione *usus*, quod omnes illis utantur, *§. 1. J. eod.* vel ratione *acquisitionis.*

40. Aut sunt jam privatæ quia alterius Dominationi sunt subjectæ, *§. 11. J. Eod.* qui Dominus potest ex libera voluntate ad nos transferre, *l. 9. §. 3. ff. Acq. rerum Dom.* & sunt aut *mobiles*

quæ

quæ vel seipsas movent, vel ab aliis moventur, aut *Immobiles*, alias divisiones negligo, *pet. ex t. d. J.*

41. *Accidentia* dicimus quæ rebus accidunt & consequuntur illas, dicuntur & Accessiones, non faciunt enim ad rerum in Dominio existentium Essentiam, sed extrinsecus obveniunt & licet ipsæ in se consideratæ sint res, quia tamen originem rebus, quarum sunt accessiones, acceptam ferunt, tales dicuntur, & augent Rem cui accedunt. Et sunt vel *fructus* rerum, vel *Impensæ* in rem ab alio collatæ.

42. *Fructus* est commoditas atque utilitas rei in re nata, *l. 9. pr. ff. Usufr.* quocunque modo percipiatur, modo viri boni arbitratu fruatur, *ibid.* Sive jam nati sint ex re subjecta, & sic à matre natura producti, unde & *Naturales* dicuntur, *§. 37. J. R. D. l. 48. § 1 ff. Usufr. l. 12. §. 2. ff. Usu. & Hab.* Sive opera hominis producti, unde *Industriales* nominantur, *l. 45. ff. Usufr.* Sunt & quædam accessiones civiles ex conventione ortæ, *ut usuræ, pensiones &c.*

43. Fructus hi dicuntur vel *Pendentes*, qui solo s. rei adhuc cohærent, nec sunt ab illo separati, vel *Percepti* fructus à re jam separati, licet nondum transportati sint, modo pro arbitrio possint transportari: Et sunt vel *Extantes*, qui adhuc supersunt s. pendentes sint sive percepti: vel *Consumpti* qui percepti postquam sunt, usu consumpti sunt.

44: *Impensæ* sunt accessiones rebus a. possessoribus s. Dominis superadditæ, vel rem conservandi causa ne intereat, vel augendi gratia, quo gratior aliis appareat, vel exornandi causa unde dividuntur in *Utiles* & *Voluptarias*, illæ in *Necessarias* & *utiles in specie, l. 1. ff. Impens. in res dot. l. 79. V. S.*

45. *Necessariæ* Impensæ sunt, quæ ad rei conservationem fiunt, quæ si nō adhibitæ fuissent res periisset aut deterior facta esset, *d. in loc.* *Utiles* sunt quæ ad melius esse faciunt, *l. 14. ff. Imp. in res dot. d. l. 79. §. 1.* *Voluptuariæ*, quæ rei ornandi causa impen-

tur. Veritatis amore hoc suscepi, salva tamen autoritate virorum Clarissimorum, quorum judicio me submitto lubens, si erravi quod tyronibus familiare, ductu liberioris ratiocinationis a via Juris abductus sum, & propterea veniam mihi ut concedant oro.

TIBI JESU DESIDERATISSIME LAUS ET HONOR.

ΠΑΡΕΡΓΑ.

I. IN *Jurisprudentia nostra omnia Instrumenta Logica commode applicantur rebus contentis, imprimis eâdem facilitate, qua in reliquis disciplinis Definitiones extruuntur.* Ratio datur hæc. 1. usus rationis etiam in hac disciplinâ apparet; 2. Conceptus Generici per differentias contracti, & propterea specifici quoque dantur.

II. Salva Majestate & juramento præstito impossibile est, turbata Republica civem neutri adhærere, imo impium. Ratio esto hæc: Quodlibet tendit ad conservationem sui, quæ conservatio introduxit & defensionem. 2. Civis relatione facta ad Majestatem civis est, qua stante & florente, florent & Cives.

III. Majestas utraq; & Regni & Imperantis, legibus illis, quibus Majestas dicitur omni modo est soluta? Patet, 1. Nullum agens, in quantum agens, in seipsum agit, sed requirit patiens, secus si esset, Actio inter relativa non recte referretur genera summa prædicandi. 2. Nulla causa toto genere deterior est suo effectu, produceret enim & illud, quod supra agentis esset vires.

FINIS.

